



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Bruchstücke mittelalterlicher Enqueten aus Unteritalien**

**Sthamer, Eduard**

**Berlin, 1933**

B. Rechtsstreit um Cassano. Zeit Karls II.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69737](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69737)

adventu vel alio quocumque casu terra Regii a fide domini nostri regis Karoli deviare vel esset capta per aliquos seu destructa quoquo modo, propter que predicta iura idem Symon exercere non posset, de iuribus ipsis non teneatur ad quantitatem seu cabellam, set ad credenciam respondere, facto sibi excomputo de omnibus, que de predictis iuribus percepta fuerunt infra tempus officii sui per quoscumque rebelles seu inimicos domini nostri regis.

Et sic, quia contigit predictam terram Regii infra mensem augusti predictae XI. ind. a fide domini nostri regis Karoli deviasse et infra mensem septembris sequentis XII. ind. ab exercitu regio, cui preerat Iohannes de Brayda tunc iusticiarius Calabrie et straticotus Messane captam et destructam fuisse et totaliter depredatam, dicto Symone pre timore ab inde absentato, dictus iusticiarius predicta iura Iohanni de Zacharia de Regio in absentia dicti Symonis in credenciam exercenda commisit; et dum dictus iudex Riccardus vice-secretus infra mensum novembris eiusdem XII. ind. ad terram ipsam accedens, eodem Symone similiter absentato, indemnitati curie precavendo iura ipsa fecisset<sup>a</sup> pluries subastari et nemo comparuisset<sup>b</sup>, qui ea<sup>c</sup> empturum se diceret in cabellam, eadem iura prefato Iohanni de Zacharia, prout ei commissa fuerant per predictum iusticiarium, in credenciam exercenda dimisit.

### B. Rechtsstreit um Cassano. Zeit Karls II.

Neapel, Staatsarchiv, Fasc. Ang. 84 (Carte sciolte) fol. 51—52. Orig.-Konzept auf Papier, mit Verbesserungen und Nachtragungen von anderer Hand. Zitiert: Giustiniani III 281 f.

Das vorliegende Dokument bezieht sich auf einen Rechtsstreit zwischen dem Kronprinzen Herzog Robert von Calabrien und Robert d'Aunay, und zwar ist es der Schriftsatz des Rechtsvertreters des Kronprinzen.

Als Terminus post quem haben wir das Jahr 1297. Denn am 2. Februar 1297 belehnte Karl II. seinen Sohn Robert mit dem Herzogtum Calabrien und ernannte ihn zum Generalstatthalter im Königreiche Sizilien<sup>1</sup>; und am 11. Februar 1297 ernannte er den Nicolaus Freccia zum Vize-Protonotar<sup>2</sup>. Der Terminus ad quem ist das Jahr 1307, in welchem Nicolaus Freccia aus seinem Amte ausschied<sup>3</sup>. Näher läßt sich die Zeit, der das Stück angehört, vorerst nicht bestimmen. Ich zweifle jedoch nicht, daß mit Hilfe der Register Karls II. weitere Anhaltspunkte zu gewinnen sein werden.

Zur Sache selbst ist zu bemerken, daß der Standpunkt, den der Rechtsvertreter des Kronprinzen zu verfechten beabsichtigte, kaum haltbar gewesen sein dürfte. So viel wissen wir wenigstens, daß die Stadt Cassano während der Regierung Karls I. als Lehen vergeben worden ist<sup>4</sup>. Auch finden wir sie beim Tode des Robert d'Aunay (1320) unter den Besitzungen, die er seiner Tochter Margarete hinterließ, und zwar mit der hier (Ziff. 8) bestrittenen Wertangabe von 60 Unzen Goldes<sup>5</sup>. Wir dürfen daraus wohl schließen, daß der Prozeß, sofern er überhaupt durchgeführt worden ist, zugunsten des Robert d'Aunay entschieden wurde.

Die Artikel 5 und 10 bis 14 sind im Entwurf nachgetragen; also gerade alle diejenigen Punkte, die sich auf die Zeit Friedrichs II. und der späteren Staufer beziehen. Das scheint darauf hinzuweisen, daß der Rechtsvertreter des Kronprinzen, über seine ursprünglichen Thesen hinaus, seine Beweisführung auf die ältere Zeit hat ausdehnen wollen; vielleicht in der Absicht, der

<sup>a</sup> Orig. *fecisse*, *anakolutisch*, als ob nicht das dum vorausgegangen wäre.

<sup>b</sup> Orig. *comparuisse*, *ebenso*.

<sup>c</sup> Orig. *ea*.

<sup>1</sup> Insetiert in Urkunde von 1302, Minieri, Codice, Supplem. II 19 Nr. 18 (= Arch. stor. Campano II 501 f.).

<sup>2</sup> Minieri, Codice, Supplem. I 108 Nr. 106. Cadier S. 281.

<sup>3</sup> Cadier S. 285.

<sup>4</sup> Giustiniani III 281. Falcone S. 81. Siehe auch oben Dok. II, Ziff. 14.

<sup>5</sup> Camera, Annali II 272.



Gegenpartei den Gegenbeweis zu erschweren, da es ihr sicher nicht leicht gewesen wäre, über die weiter zurückliegende Zeit urkundliche Unterlagen oder Zeugen beizubringen.

Übrigens ist von einer Vergebung Cassanos durch Friedrich II., Konrad IV. oder Manfred tatsächlich nichts bekannt; in dieser Hinsicht könnten also die in dieser Prozeßschrift gemachten Angaben zutreffen. Man darf aber doch nicht vergessen, daß wir hier keine beeideten Zeugenaussagen, sondern lediglich die unbewiesenen Behauptungen einer Partei vor uns haben.

Articuli oblati sua die per notarium Nicolaum de S. Victore, procuratorem excellentis principis domini Roberti illustris Ierosolem et Sicilie regis primogeniti ducis Calabrie ac eius in regno Sicilie vicarii generalis, pro parte et nomine dicti domini ducis, contra dominum Robertum de Aleneto seu aliam legitimam personam intervenientem pro eo, in questione summaria, que vertitur inter eos de civitate Cassani sita in Calabria in iusticiariatu Vallis Gratis, cuius fines inferius distinguntur, coram vobis domino Petro Guilielmi de Castro-novo ducali cancellario, domino Andrea de Ysernia, domino Matheo de Comite de Surrento magne regie curie magistris rationalibus et domino Nicolao Friczie de Ravello locumtenente prothonotarii regni Sicilie ad hanc causam seu questionem iudicibus delegatis cum clausula »quod si non omnes etc., tres vel duo vestrum etc.«. Qui notarius Nicolaus procurator eiusdem domini ducis non adstringit<sup>a</sup> se ad omnia et singula subscripta probanda, set ad ea tantum, que relevent causam ipsam; que probare vult per testes, instrumenta publica, registra regie curie, scripturas et munimenta quelibet, confessiones partis adverse et omnem alium legitimum modum probandi:

I. In primis ponit offert et probare vult dictus notarius Nicolaus procurator, nomine quo supra, quod dictus dominus Robertus de Aleneto tenet et possidet dictam terram Cassani cum iuribus omnibus et pertinentiis suis et eam tenuit et possedit per se et alios eius nomine possidentes tempore mote dicte questionis [et etiam tempore litis]<sup>b</sup> contestate in ipsa questione tenebat et possidebat eandem.

II. Item quod dictam terram seu civitatem Cassani cum iuribus et pertinentiis suis omnibus indebite ac iniuste dictus dominus Robertus nunc tenet et possidet.

III. Item quod dicta civitas seu terra Cassani fuit est et esse debet in antiquum demanium curie et de antiquo demanio regio et ducatus Calabrie; et reges Sicilie, qui pro tempore fuerunt, tenuerunt dictam [terram]<sup>b</sup> Cassani sub dominio et demanio ipsorum; et de ipsorum esse demanio consuevit.

IV. Item quod dictus dominus dux fuit et est dominus ducatus Calabrie iurium et terrarum omnium [...] et dictum ducatum Calabrie cum iuribus et pertinentiis suis omnibus tamquam verus et legitimus d[ominus tenet]<sup>b</sup> et possidet ex donatione facta sibi de dicto ducatu Calabrie et iuribus et pertinentiis eius ab ill[ustre] domino Karulo Secundo Ierosolem et Sicilie rege genitore suo.

[5]<sup>1</sup> Item<sup>2</sup> quod ipsa civitas seu terra Cassani fuit in demanio curie regum seu principum gene[ralium regni]<sup>b</sup> Sicilie, detenta in ipso demanio tempore imperatoris Frederici et illorum, qui post ipsum imperatorem [pro]<sup>b</sup> regibus Sicilie se gesserunt et qui comuniter habiti et vocati sunt generales [domini eiusdem]<sup>b</sup> regni [Sicilie, spatio]<sup>b</sup> triginta, item quadraginta,

<sup>a</sup> Orig. abstringit.

<sup>b</sup> Lücke durch Verletzung des Blattes; die Ergänzung ist daher nur vermutungsweise.

<sup>1</sup> Hier hört die lateinische Numerierung des Originals auf.

<sup>2</sup> Dieser Artikel ist offenbar nachgetragen.



item quinquaginta, item sexaginta annorum et plus, a tempore, cuius [memoria] non existit. Darunter am unteren Rande des Blattes eine zerstörte halbe Zeile, zur Nachtragung ein Kreuz<sup>1</sup> und: patens presentis donationis regie [...]du[...].

[6] Item quod dicta terra seu civitas Cassani sita est in ducatu Calabrie, in iusticiariatu Vallis Gratis, cuius territorium ab una parte coniungitur territorio terre Castrivillari<sup>2</sup>, ab alia parte territorio Circlarii<sup>3</sup> et si aliqui sunt confines.

[7] Item excipiendo et nil de partis adverse intentione confitendo, si probaretur ex adverso, quod non credit, quod dictus dominus Robertus teneat et possideat dictam terram Cassani cum iuribus et pertinentiis suis omnibus ex dono seu donatione regia facta domino Guilielmo<sup>4</sup> patri suo vel domino Gualterio<sup>5</sup> avo suo regio privilegio proinde ipsi patri vel avo facto: vult probare dictus notarius Nicolaus procurator, nomine quo supra, quod dicta donatio regia fuit inpetrata absque certa et speciali consciencia dicti domini regis, non expresso per eundem patrem vel avum inpetrantem privilegium ipsius donationis, quod dicta civitas Cassani erat ac esse debebat et consueverat de antiquo demanio curie et ipsius ducatus Calabrie, ut est dictum.

[8] Item excipiendo et non confitendo ut supra, si probaretur ex adverso, quod non credit, quod dicta civitas Cassani fuisset donata seu concessa dictis patri vel avo dicti domini Roberti per dictum dominum regem pro valore annuo sexaginta unciarum: vult probare dictus notarius Nicolaus, nomine quo supra, quod dicta civitas Cassani cum iuribus et pertinentiis suis omnibus tempore dicte donationis valebat et nunc etiam valet annuatim uncias auri centum et plus.

[9] Item offert et vult probare dictus procurator nomine supradicto, quod de predictis omnibus est puplica vox et fama.

Hec et alia coadiuvantia et facientia ad amminiculum cause sue offert et vult probare [predictu]s procurator domini ducis per testes, instrumenta, confessiones<sup>a</sup> partis adverse et omne alium legitimum modum probandi, non adstringens<sup>b</sup> se ad omnia et singula supradicta probanda, set ad ea tantum, que relevent causam suam; et quia procurator est et iustam habet ignorantie causam, protestatur et reservat sibi, quod, si aliquialium pervenerint ex conscientia principales, que relevent causam suam, quod ipsa posset offerre medio tempore et probare.

Wiederholung des Kreuzes<sup>6</sup> mit folgender Nachtragung:

[10] Item quod dictus imperator Fredericus tempore, quo regnavit in eodem regno Sicilie, certas terras regni designavit retinuit decrevit et voluit esse in demanio et de demanio curie dominorum generalium eiusdem regni et ipsius imperatoris; et promisit solemniter pro bono comuni et statu regnantis et subditorum regni easdem terras, inter quas fuit dicta terra Cassani, tenere in demanio et pro demanio supradicto; eamque dicto modo tenuit in demanio et

<sup>a</sup> Orig. confessionis.      <sup>b</sup> Orig. adstringentes.

<sup>1</sup> Vgl. unten Ziff. 10.

<sup>2</sup> Castrivillari.

<sup>3</sup> Cerchiara.

<sup>4</sup> Über die Familie Alneto (Aunay) siehe Della Marra S. 26f.

<sup>5</sup> Er wurde am 9. März 1276 zum Seneschall der Provence ernannt. De Boüard S. 280 Nr. 916. Noch am 16. Februar 1278 wird er als solcher erwähnt (a. a. O. S. 350 Nr. 1080); am 13. August 1278 (a. a. O. S. 356 Nr. 1100) erscheint bereits sein Nachfolger.

<sup>6</sup> Vgl. oben Ziff. 5.



pro demanio toto tempore, quo regnavit sicut rex Sicilie, qui fuerunt anni triginta, item triginta tres, item triginta quatuor et plus.

[11] Item eodem modo tenuit ipsam terram in demanio et pro demanio curie generalis ipsius regni eadem curia tempore regis Conradi, principis Manfredi et dive memorie predicti domini regis Karoli Primi per secretos, magistros procuratores et alios officiales deputatos ad procurandum demania regia.

[12] Item quod predicti rex Corradus et princeps Manfredus habiti sunt eorum tempore pro dominis et sicut domini generaliter et vulgari<sup>a</sup> opinione domini regni Sicilie.

[13] Item quod predictus dominus rex Karolus Primus fuit verus dominus regni Sicilie dictamque terram Cassani tenuit in demanio et pro [demanio regie curie]<sup>b</sup>, donec vixit; et post mortem suam sic detenta est per cu[r]iam heredum<sup>b</sup> suorum; et per eundem regem Karolum Primum spatio quindecim, item decemetocto, item viginti annorum et plus . . .].

[14] [Item] quod continuatis temporibus ipsius regis Karoli Primi et heredum suor[um], prout tempore<sup>b</sup> imperatoris Frederici et aliorum predictorum dominorum, qui prefuerunt in regno sicut domini generales, predicta terra Cassani continuo habita et detenta fuit in demani[o et] pro demanio curie generalis domini regni et regis Sicilie spatio se[xaginta] annorum et plus, et tempore, cuius memoria non existit.

<sup>a</sup> Undeutlichkeit durch viele Korrekturen: vulg[...].

<sup>b</sup> Etwa so zu ergänzen.